

UN ALTRO SIGILLO GENOVESE

Il generale Carlo Augusto Dufour, presidente onorario della Società Savoiarda di Storia ed Archeologia, e membro della R. Deputazione sovra gli Studi di Storia Patria, ci ha indirizzata la seguente lettera che ci affrettiamo a pubblicare, non senza ringraziarne il ch. Autore. Il quale, oltre al darci notizia di un nuovo sigillo del nostro Comune nel secolo XIII, ce ne ha pure favorita l'immagine da lui stesso diligentemente delineata e riprodotta nell'annessa Tavola dal valente artista che tutti conoscono nel nostro amico Alessandro Rossi.

Torino, addì 12 febbraio 1879

Onorevole sig. Belgrano,

Nel fascicolo di luglio 1878 del *Giornale Ligustico*, pagina 238, la S. V. accenna ad un sigillo della Repubblica, menzionato dall'Amari, e che meriterebbe di essere riprodotto per la sua variante nella foggia del campo.

Io ritengo che al suo desiderio rispondano completamente il documento e il sigillo che ho l'onore di trasmetterle, i quali esistono in originale in questo Archivio di Stato (1).

Nella fiducia che' Ella sia per accogliere nel suo Giornale questa mia comunicazione, Le porgo grazie anticipate, protestandomi suo

Obbligatissimo servo e collega

A. DUFOUR

1297, 11 Marzo.

Lettere di cittadinanza accordata dalla Repubblica di Genova al Marchese Raimondino d' Incisa per sé e suoi figli maschi, nati e nascituri.

In nomine domini amen. Quoniam virtutum premia merentibus tribui conuenit, vt alij etiam premiorum exortatione ad benefaciendum facilius

(1) Categoria *Provincia d' Acqui, Incisa*, Mazzo 9, num. 4.

incitentur; et magnificus vir dominus Raymondinus marchio de Incissa semper ubique uocabulo januensis fuit, et necessitatum temporibus erga ciuitatem Janue januensis reuera apparuit, se et sua in seruicium hominum Janue variis et diuersis periculis exponendo; idcirco ut ipsius domini Raymondini amor ad ciuitatem Janue augeatur, domini Fulcho Asinarius, cuius astensis, potestas, Conradus Spinula et Conradus Aurie, capitanei comunis et populi januensis, de voluntate et beneplacito domini Francischi Carauelli, dicti populi abbatis, et octo consiliariorum suorum et ancianorum dicti comunis et quatuor sapientum de qualibet compagna, conuocatorum et congregatorum per campanam more solito, nec non ipsi abbas, octo consiliarij, anciani et quatuor sapientes de qualibet compagna, auctoritate et consensu dictorum dominorum potestatis et capitanei, nomine totius comunis Janue, recipiunt ex nunc dictum dominum Raymondinum et eius filios masculos natos et nascituros in ciues Janue. Laudantes et statuentes quod de cetero dictus dominus Raymondinus et eius filij nati et nascituri ubique terrarum pro ciuibus Janue habeantur et tractentur et haberi et tractari debeant, et quod sicut ueri ciues gaudeant et gaudere debeant omnibus et singulis honoribus, priuilegiis, gratiis et immunitatibus et beneficiis quibus gaudent uel gaudere possunt ceteri ciues Janue, et quod per omnia eiusdem sint conditionis cuius essent si ab antiquo ipse et sui fuissent ciues Janue; non obstante aliquo capitulo, tractatu uel ordinamento, cuiuscumque tenoris et quacumque uerborum ligatione ligatum existat, condito uel condendo. Et de predictis uoluerunt debere fieri per me notarium infrascriptum Loysium Caluum instrumentum et laudem ad predictorum omnium perpetuam firmitatem. Actum Janue in palacio nouo comunis, in quo habitat dominus potestas, millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die quarta januarii, inter primam et terciam, indicione nona, presentibus testibus Johanne Bonihominis, Jacobo de Albario et Petro Dardella et Nicolao de Castellione notario.

Ego Rollandinus de Richardo sacri pallacii notarius, vt supra, extrhasi (*sic*) et exemplauit de cartulario Loysii Calui notarii, nichil addito uel diminuto quod sensum mutet uel uariat intellectum, nisi forte litera uel silaba abreuiationis causa, de mandato domini Guinoni de Bellexiis iudicis assessoris et vicarii domini Sorleoni Curolij cuius terdonensis, potestatis comunis Janue, anno dominice natiuitatis M CC nonagesimo septimo, die vndecima marci, presentibus testibus Johanne et Rubeo, Thoma quondam Gullielmi Purpurerij, et Brancha della Curte, notariis (1).

(1) Il sigillo pende da un cordone verde ed è impresso su cera nerognola.